





DE  
C A V S I S  
**VICARIATVS S. R. IMPERII**

A  
 SVMMIS DVVM VIRIS  
 COMITE PAL. RHENI ET DVCE SAXONIAE  
 VACANTIS GERMANIAE INTERREGIBVS

ANTE  
 AVR. BVLLAM  
 RARISSIME ADMINISTRATI

---

VIRO EXCELLENTISSIMO CONSVLTISSIMO  
**FRIDERICO WILHELMO ENGLERO**

SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES

RITE CAPESENTI

AMICORVM NOMINE

GRATVLABVNDS SCRIPPSIT

D. IOANNES CHRISTIANVS KNOETZSCHKER.

DIE XVII. APRIL. A. C. CCCCCCLXXXIV.

---

LIPSIAE  
 EX OFFICINA SAALBACHIA



Khr 1393

A

Am 1. Januar 1893 auf dem Buchdruckerei  
und Verlagsamt nach der Erteilung einer Lizenz für die  
Druckerei und Verlagsanstalt der Universität Halle (S.A.L.E.)

1

Die Universität Halle (S.A.L.E.) hat die Rechte, dieses Buch  
in ihrem Eigentum zu halten und es auszuleihen.  
Es darf nicht ausgeliehen werden, ohne dass die  
Universität Halle (S.A.L.E.) darüber informiert ist.  
Die Universität Halle (S.A.L.E.) ist berechtigt, das Buch  
zu verkaufen oder zu verleihen, wenn sie es nicht mehr  
braucht. Sie kann das Buch auch an eine andere  
Universität oder eine andere Bibliothek übertragen,  
wenn sie dies möchte. Das Buch darf nicht an  
einen anderen Ort gebracht werden, ohne dass die  
Universität Halle (S.A.L.E.) darüber informiert ist.

Die Universität Halle (S.A.L.E.) hat das Recht, das Buch  
zu verkaufen oder zu verleihen, wenn sie es nicht mehr  
braucht. Sie kann das Buch auch an eine andere  
Universität oder eine andere Bibliothek übertragen,  
wenn sie dies möchte. Das Buch darf nicht an  
einen anderen Ort gebracht werden, ohne dass die  
Universität Halle (S.A.L.E.) darüber informiert ist.

---

I.

*Aemulationem ipsorum Germaniae Dueum Francorum Saxonumque  
imperium suis familiis hereditarium reddendi causam primariam  
fuisse demonstratur.*

In multis et variis causis, cur primis regni Germanici temporibus  
diu vicariatus per interregna ab illis summis Duuumiris, primariorum Germaniae populorum, Francorum Saxonumque Ducibus,  
administrandi constans et perpetuum exercitium stabiliri non  
potuerit, studium profecto ipsorum suis commodis inferuendi, ac  
ingens cupiditas imperium sibi suisque hereditarium reddendi,  
causa exstitit palmaria. Ita statim inde a regni primordiis Franci,  
omnium fere Germaniae populorum victores, se se numquam non,  
nec iniuria, nec sine fausto successu, primum et principem popu-  
lum, ideoque reliquorum rectorem et legoslatorem gerere non  
dubitabant. Vnde et in regibus nationi Germanicae eligendis voto  
decisionis usi deprehenduntur, et bonis moribus, quos Germani  
antiquitus pro legibus seruabant, introducta est confuetudo, quae  
iam illustri Carolingorum familia purpuram regiam habente, vige-  
bat, vt, rege adhuc inter viuos versante, unus e filiis, etiam si in  
cunabulis iacens, procerum Imperii consilio totiusque populi ad-  
fensus Caesar et successor nominaretur, atque ad regni gubernacula  
posthac tenenda constitueretur. Sic ipse Carolus M. filios suos,

Carolum *a*), eoque mortuo, Ludouicum *b*), regni successores dixit. Deinde idem Ludouicus *c*), cognomine Pii insignitus, filium Lotharium socium imperii declaravit. Postea Carolum Crassum *d*) atque Arnulphum *e*), Germaniae rectores, legitimo herede destitutos conspicimus filios adeo naturales suos ac adoptatos successores regni nominasse. Eandem mentem, ut sua posteritati imperium

para-

*a) POETA SAXO Lib. IV. Annal. Car. M. ad an. 806. in LEIBNIT. Scriptt. Rer. Brunsv. T. I.* sic cecinit:

„Hunc (Carolum) in Francorum fibimer succederet regnum  
„Disposuit (Carolus M.), si non aliter Domino placuerit.“

*b) EGINHARDUS in vita Car. M. cap. 30. „(Carolus M.) extremo vitae suae tempore — Ludouicum filium congregatis solemniter de toto regno Francorum primaribus, cunctorum consilio consorem fibi socii regni et imperialis nominis heredem constituit.“*

*c) EGINHARD. Annal. ad an. 817. „Ludouicus Lorbarium filium in generali populi conuentu Aquisgrani babito, more solito Imperii sui socium constituit.“*

*d) LAMBECKIANI Annal. ad an. 885. Lib. II. Comment. Bibl. Casf. 5. p. 355. „Imperator (Carolus vulgo Crassus) cum suis apud Francos confut colloquium habuit, missisque Romanum nunciis, Hadrianum Ponif-*

*cem inuitauit in Franciam. Voluit enim, ut fama vulgabat, quosdam episcopos irrationabiliter deponere, et Bernburtum, filium suum ex concubina, bacredem regui posse se constituta.“* Carolum Crassum et postea Ludouicum Bosonidem, principem Arelatensem, filium adoptatum successorem regni nominare tentasse, infelici tamen successu, intelligimus ex *Contin. Annal. Ful. ad an. 887. e) Annal. Ful. ad an. 889. „Rex (Arnulphus) apud villam, quae dicitur Foracobem, generalem conuentum habuit, ibique disputans de statu regni sui, consultum est, ut eodem tempore primores Francorum, prout Boioavire, iuramento confirmarent, ne se detraherent a principatu — filiorum eius, Zuentibulchi quidem et Ratoldi, qui ei de concubinis erant nati, quod quidam Francorum ad tempus renuentes, tandem regiae satisfacientes voluntati, dextram dare non recusabant, eo tam modo, ut si de legali sua uxore (Ota) bacres ei non produceretur.“*

pararent hereditarium, principes Saxonicae Domus, aequali pollentes potentia et auctoritate cum Franconicis; prodiisse, cum in comitiis de successione habitis, filios imperii socios, regnique successores adsciscerent, ex ipsis Henrici I. f) nec non Ottonis I. g) et II. h) exemplis luculenter adparet. Nec dissimilibus imperandi, regnique coronam suae familiae perpetuam obtainendi conatibus postea principes Salicae Francorum Domus inclaruere, quod exempla Henrici III. i) IV. k) et V. l) vt pote qui omnes vna serie vi sibi a patre slipulatae successionis fasces imperii possiderunt, satis

A 3 demon-

f) WITCHINDI Annal. p. 641. „Henricus Auceps, cum se grauari iam morbo sensisse, convocato omni populo, designauit filium Ottонem (I) regem.“

g) Contra, REGINONIS ad an. 961. „Rex (Otto I.) suorum fideliū multitudinem Wormariae condonauit: ubi consensu et unanimitate regni procerum, totiusque populi, filius eius Otto (II) rex eligitur.“


h) SIG. GEMBLAENSIS chrou. ad an. 983. apud VRSTIS. in Script. Rer. Germ. P. III. regni primaxes inter se de Imperatore substituendo discessisse, tandem vero Ortonem (III), puerum in regnum sublimasse tradit.

i) WIPPO de vita Conradi Salici ad an. 1026. apud FISTORIVM Script. Rer. German. T. I. p. 432. „Conradus Rex, consilio et petitione principum filium suum Heuricum (III) puerum, regem post se designauit;

nec non IDEM ad an. 1028. pag. 436.

k) HERMANN. CONTRACT. ap. VRSTIS. ad an. 1053. p. 335. „Imperator Henricus, magno apud Triburiam conuentu habito, filium aequiuocum (Henricum IV.) regem a cunctis eligi, eique post obitum suum, si rector iustus futurus esset, subiecctionem promitti fecit.“

l) ABAS VRSPIRG. ad an. 1099. p. 228. „Aquis filium suum Heuricum Quintum Regem fecit (Henricus IV.). Caeterum Henricus IV. Imperator iam an. 1076. a principibus Goslariae congregatis impetraverat, ut non aliud post se ipsum, quam filium eius (Conradum natu maiorem) tenerum adhuc infansulum, regem filii eligerent. Cuius rei documentum LAMB. SCHAFF-NAB. ad an. 1076. p. 233. nobis seruatuit.



demonstrant. Postremo nec Sueuica familia Stauffensis a cupidine sceptrum Germanicum ad posteros hereditatis iure transferendi liberari potest, utpote cum conamina Conradi III. m) regis Romanorum, Friderici I. n), Henrici VI. o) tandemque Friderici II. p) Imperatorum, quorum vltimi duo regnum vtrique adeo sexui suae domus perpetuum addicere moliebantur, claris historiae testimoniis affirmantur.

Cum

m) OTTO FRISING. de Gest. Frid. I. ad an. 1147. Lib. I. c. 43.  
„Conradus Rom. Rex — generalem curiam celebrat, ibique filio suo Henrico adhuc puer, per electionem principum rege constituto, — regem inungi ac coronari iubens, regnum participem legit.

n) GODOER. COLON. et Chron. Reichsberg, ad an. 1169. „Imperator (Frid. I.) celebravit curiam generalem apud Babenberg, — ubi ex consenseru et collaudatione omnium principum filium suum (Henricum VI.) in regem electum et coronatum post se regnare firmauit.

o) GERVAS. TILBERIENS. De- cis. II. Orior. Imperial. Cap. XIX. p. 943. „Ideoque (Henricus VI.) ad suum refundens commodum, quod alii imperitum est beneficium, imperituit a subditis, ut cessante pristina Palatinorum (Principum) electione, Imperium in ipsis posteritatem, di-

stincta proximiorum successione transire, et sic in ipso terminus esset electio- nis, principiumque successione dignita- tis. MAGNUM CHRON. BELG. p. 224. „Imperator Henricus — ordinauit, ut amplius electio non fieret, sed per solam sanguinis suc- cessionem Imperium conferretur, ita, ut qui propinquior Imperator esset, hereditarie fieret Imperator.

p) RICHARD DE ST. GERMANO Chron. ad an. 1228. „Imperator (Frid. II.) regni Praefatis et Baronibus, coram se congregatis — proponi fecit, — ut videlicet, si deficere Imperatorem contingere, sibi in Imperio et regno succederet Henricus, filius eius maior. Quodsi illum absque li- beris mori contingeret, Conradus, si- luseius minor, succederet illi. Quodsi ambo decederent, filiis non extan- bus, filias ipsius superstites, quas de legitima uxore suscepit, in eodem Regno suc- cendant.



Cum igitur a primis inde temporibus Germani in eligendis sibi regibus haud facile a familia regios fasces tenente recederent, et plerumque filius patrem in regno exciperet, ut ne memorem, adeo ipsos regis proximos agnatos, deficiente fabole, in electione omnibus aliis candidatis esse praelatos *q*), profecto nunquam fere, nisi familia regia aliqua, certe masculina, prorsus emortua, interregna enasci potuere. Accedit, quod et ipsi regni Germanici optimates, qui e variis factionum dissidiis, quibus plerumque interregnorum tempore Germania vexata fuit, sibi melius consulere dicerant, consiliis Imperatorum exsequendis se lubenter accommodarunt, omnibusque viribus impedire studuerunt, quo minus in posterum interregna, perturbationum cuiuscunque generis feminaria insauita redirent, metuentes, ne quando S. Imperium peiora experiretur, et tranquillitas publica plane pessundaretur. Cuius rei confirmanda caussa egregium historiae monumentum *r*) laudare possu-

*q*) Post Caroli Crassi Imp. obitum, naturalibus filiis eiusdem neglegiti, *Arnulphus*, filius regis ante mortui Carolomanni; post Ottонem III. *Henricus*, cuius ausus frater Ottonis I. fuerat; et post Conradi III. deceſsum patrulii *Fridericus I.* historia Imperii teste, reges sunt salutati.

*r*) 10. DAN. V. OLENSCHLAGER  
Neue Erläut. d. Gold. Bulle in Urkundenb. Num. XV. pag. 42. seqq.  
ex Franc. Pipini Chron. Tit. III.  
cap. 1. et 2. ap. MVRATOR, Script.  
Rer. Ital. T. IX. p. 676. „Nos, qui

*Patres et Imperii reputamur, — as-*  
*tendentes, quod post unius regnantis*  
*occasum interstitium temporis inter*  
*Praedecessoris obitum et plenum domi-*  
*nium successoris, quod interregnum*  
*verores appellabani, grande posse im-*  
*perio et catholicae fidei maximum af-*  
*ferriri difcimen, praeuenire salubrius*  
*tempus eligimus, quam dispendium*  
*temporis expectare. — Ipso (Impe-*  
*ratore Friderico) viuente salubriter*  
*et regnante feliciter, de Successoris*  
*nobis electione praecuidimus, ne per*  
*eius interitum iustitia diminutionem*  
*status pateretur, Imperium et tran-*  
*quillitas*

possimus, Decretum scilicet de electione Conradi IV. quem filium minorem Fridericus II. Imperator an. MCCXXXVII. dignitate regia exornari, atque Henrico (VII.) primogenito filio substitui curauit.

Iam vero, vti hucusque ostendimus, quam raro tum ob studium Imperatorum regnum hereditarium reddendi, tum ob curam et sollicititudinem principum, impediendi, ne crebrae vacationes S. Imperio interitum minarentur, interregna accidere potuerint, ita nunc in eas inquiramus caussas, cur in paucis, quae reuera extiterint, interregnis, vestigia ab illis Duuumiris Germaniae Interregibus, gesti vicariatus inueniantur rarissima.

## II.

*Conamina Pontificum Romanorum sibi tutelam regni Germaniae vacantis arripiendi in primis causam omisi vicarius praebuere.*

Quo minus Duces Francorum et Saxonum in stabiliendo suo vacanti regno Germaniae prouidendi iure feliciter progredi potuerint, varia profecto Cleri sepe regibus Germaniae eligendi immiscendi, sibique vicariatum Imperii adquirendi conamina maximo fuere impedimento. Namque Pontifices Romani, modo specie libertatis principum Elektorum in gubernatoribus S. Imperio praeſicientibus tuenda, in odium regiae cuiusdam stirpis regnum mere electum feruare, modo fauentes familiae cuiusdam conatibus coronae hereditariae adquirendae, idem in plene hereditarium mutare sunt annisi, ideoque saluti publicae perpetuas struxerunt insidias,

vti

*quillitas interiret. Et cum de sub- mus, praeteritorum causa prouisio-  
stituenda persona, diligenti medita- salubre consilium praebuit in fu-  
tione nobiscum et sollicite pensare. turis.«*

vti iam diu ab **IMMANVELE WEBERO** <sup>s)</sup> peculiariter libello prolixo atque egregie est demonstratum. Sic iam Carolingorum familia an. DCCCXI. cum Ludouico, quem vocant Infantem, extincta, penes Hattonem <sup>t)</sup>, Archiepiscopum Moguntinensem, posteaque Ottone III. Imperatore an. MII. rebus humanis exempto, penes Heribertum <sup>v)</sup>, Archiepiscopum Colonensem, summam rerum fuisse, historia docemur. Cum deinde Henricus II. Imperator an. MXXIII. obiisset, Germaniae archipraefules regni vacantis rectores cum maxime exstissem, ab ipso **WIPPONE** <sup>x)</sup> memoriae est proditum. Deinde et studium Cleri vicariatum Imperii administrandi tempore Henrici IV. qui infans iam regio diademat exornatus erat, insigniter excelluit, siquidem Hanno, archiepiscopus Colonensis, ductus inuidia erga Henricum, Augustanum Episcopum, cuius e consiliis Agnes, mater impuberis regis summam rerum gerebat, regni tutela, reliquis imperii proceribus id ferentibus, sibi sumta, filioque regiae matre erepto, ad regios fasces sibi firmiore iure tribuendos, hanc legem tulit: ut eius episcopi, in cuius dioecesi rex commoraretur, (nam aula tunc temporis fuit ambulatoria) numquam non etiam imperii esset cura. Hominem vero hanc imperiosum non diuturnos ausum suorum fructus percepisse, historia nobis testatur: nam Adalbertus, Bremensis Archiepiscopus, vir dominatum

pariter

<sup>s)</sup> in *Diff. de Vanis et iniquis Pontificum circa Eleciones Imperatorum Moliminiibus* (*Giesae 1719. 4.*) *Sect. I. Cap. I. III.*

<sup>t)</sup> *LATOMVS in Catalogo Archi-episcopor. Mog.* apud **MENKEN.** *Scriptt. Rer. Germ. T. III. p. 465.*

<sup>v)</sup> **SIGEB. GEMBLACENSIS** *Chron. ad an. 1002. apud vNSTIS.* *Scriptt. Rer. Germ. P. III. fol. 121.*

<sup>x)</sup> in *Vita Conradi Sal.* ap. **PRI- STORIVM** in *Scriptt. Rer. Germ. T. I. p. 462.*

pariter ambiens, illum potestate sumta exuit; quem tamen postea alius imperandi aemulus, Sigfridus, archiepiscopus Moguntinus, munere prouisoris priuauit y). Postquam deinceps Henricus V. Imperator an. MCXXV. fatis cesserat, penes Albertum, Archiep. Moguntinensem, imperii curam insigniumque regni fuisse, ab ORDORICO VITALIZ) relatum legimus. Sub finem tandem seculi XII. Romani Pontifices eo processerunt audaciae, vt, sese supremos orbis terrarum dominos dicitantes, non solum Imperatores, quos odio habebant, summa maiestate atque imperio exuere, ideoque regnum Germanicum vacans declarare, sed etiam in principum imperii iura irruere, potestatemque vicariam in interregno sibi arripere auderunt. Ac primus quidem ea fuit arrogantia Innocentius III. a), Philippo Sueviae, atque Ottone, Bauariae Ducibus, ab an. MCLXXXVII. ad an. MCCVII. vsque de fascibus regiis certantibus. Hunc exceperunt Gregorius IX. ac Innocentius IV. per ea tempora, quibus Fridericus II. eiusque filius Conradius IV. cum Henrico Raspone et Wilhelmo Hollandico de imperiali diadematate dimicabant b). Neque alio modo per Magnum, quod vulgo audit interregnum, Alexander IV. Vrbanus IV c) Clemens IV. d) Gregorius X e) et tandem Nicolaus III. f)

Pon-

y) LAME. SCHAFFNABURG.  
ed an. 1056. 1062. et 1066. apud  
PISTOR. T. I. pag. 162. et 175.  
Cf. et EOBALD TOZE *Geschiichte  
der mittlern Zeit* (*cara CARL FR.  
VOIGTII* Lipz. 1790.) Tb. I. B. IV.  
§. XX. p. 196 sq.

z) Hist. Eccles. ad an. 1125.  
L. XII. in DU CHESNE Scriptt.  
Norm. p. 882. sq.  
a) Cap. 10. X. de foro comp.

b) Vid. quae commentati sumus  
in *Ausibus Pontif. Rom. Vicariatum  
S. R. Imperii sibi arrogandi Diff.* L.  
Cap. III. §. I. et II. p. 17.

c) OLENSCHLAGER G. B. Ur-  
kund. Num. XVII.

d) Epist. in MARTENE Thes. Anecd.  
T. II. Ep. 450. 492. 512. et 623.

e) Fragm. Virgil. p. 93.

f) cap. Fundamenta 17. X. de  
elect. et elect. pot. in 6.

Pontifices ambitiosi, duobus Richardo Duce Cornubiente, atque Alphonso, Castiliae rege, ad regnum Germaniae occupandum discordi electione adeoque fato sinistro euocatis, ab an. MCCLVI. ad an. MCCLXXII. vsque fluctuantis imperii curam ad se se pertinere strenue contendisse a scriptoribus fide dignissimis dicuntur. Par ratione non multo post, cum eodem adhuc seculo, inde ab an. MCCLXXXII. ad an. MCCCVIII. vsque sub Adolpho Nassouio Comite, atque Alberto I. Austriae Duce, denuo S. Imperium dubio gubernaculo laboraret, Bonifacius VIII. g) eiusque successor Clemens V. h) eiusdem administrationem vicariatusque iura fibi arri pere conati sunt. In sequenti etiam seculo, cum ab an. MCCCXIV. inde ad an. MCCCXXXVI. Fridericus Austriae, et Ludouicus Bavariae Duces de corona Germaniae contenderent, Iohannes XXII. i) dominus Apostolicae sedis impotentissimus, pree omnibus, qui antea fuerant, in iuribus maiestati Imperatoriai competentibus arrogandis, potestateque vacanti Imperio prouidendi fibi aperte tribuenda quam maxime excelluit, seque omnino regni Germanici interregem gessit, cuius postea trita vestigia successores, Benedictus XII k) et Clemens VI. l), Papae non minus dominatione tu mentes ac ambitione, ad sedis Apostolicae potentiam augendam haud

g) in Bulla *Vnam sanctam*, quae c. I. de maior. et obed. Extrav. commun. continetur.


b) in Bulla *Pastoralis*, sive C. 2. de fenu. et re ind. Clem. Conf. et cap. vn. de iure iuri. Clem.

i) in Bulla *Si fratrum* Cap. vn. ne sede vac. Extrauag. Cf. quae in Aufsl. Pontif. et. Com. I. Cap. III. §. VI. p. 30. sqq. narrata sunt.

k) NIC. BVRGVNDVS in Hist. Bauar. p. 144.

l) OLENSCHLAGER Staatsgesch. d Röm. Kayserb. in d. Ersten Hälfte des Vierzehnten Jahrh. Urkund. Num. LXXXIV. et N. LXXXIX.

8046043



haud infeliciter prefferunt. Agmen denique clausit Innocentius VI. m), qui adeo post iam fancitam A. Bullam, qua Carolus IV. Imperator arrogantiae papali vincula adiecerat, se iurium Pontificiorum, licet iniuria hucusque exercitorum, strenuum exhibituit vindicem atque defensorem. Quorum quidem Pontificum Romanorum conomina cum iam alio tempore in peculiari libello a nobis sint exposita ae enarrata, vberiore explicatione abstinemus, idque eo magis, cum ob temporis spatium, quod exiguum nobis ad hancce exarandam commentationem datum est, ne ea quidem, quae praeterea ad hocce Iuris publici caput illustrandum facere possint, vel leui manu tractare liceat.

m) *Auf. Pontif. Rom. Com. I. C. III. §. IX.*

CONFIRMAT



Kh 1393

ULB Halle  
006 609 406



V2/18



**Farbkarte #13**



DE  
AVSIS  
ATVS S. R. IMPERII

A  
MIS DVVM VIRIS  
RHENI ET DVCE SAXONIAE  
GERMANIAE INTERREGIBVS

ANTE  
AVR. BVLLAM  
SSIME ADMINISTRATI

LENTISSIMO CONSULTISSIMO  
O WILHELMO ENGLERO  
IN VTROQVE IVRE HONORES

RITE CAPESENTI  
CORVM NOMINE  
RATVLABVNDVS SCRIPSIT  
CHRISTIANVS KNOETZSCHKER.

APRIL. A. C. C<sup>ccc</sup>CLXXXVII.

LIPSIAE  
OFFICINA SAALBACHIA

68